



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarijs**

Meibom, Johann Heinrich

Helmeftadii, 1668

Caput Decimum Septimum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10160

quote assidue potas in amore beati Iohannis praecursoris. Ubi 10
 obiter nota, *paximacium* esse panem sex unciarum, eius
 duplici portione contenti quotidie esse iubebantur sacerdo-
 tes Aegyptii, ut docet Ger. Jo. Vossius lib. III. de vitiiis serm.
 cap. xxxiii. Vix alium fuisse potum crediderim, quem *Cur-* II
siam vocat Haithonus, monachus Armenus, & regis Ar-
 meniae consanguineus, qui anno Dominicæ incarnationis
 c13 ecc vii. Historiam Orientalem condidit. Verba ejus
 sunt cap. 11. ubi de regno Turquestan agit: *Vino totaliter*
carent: bibunt Cursiam & alia potulenta quæ conficiunt, &
lac. Risum & milium comedunt atq; carnes, & vocantur Tur-
oe. Hæc ille.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

SUMMARIÆ.

1. Potus ex frumento aliq. 2. frumentacea qua. 3. σι-
 τώδη, & σιτπὰ Græcis. 4. potus ex avena, sive βρόμω. 5.
 Bacchus Bromius. 6. potus avenaceus apud Flandros. 7. Li-
 thuanos, Moscos, Sarmatas. 8. potus ex milio. 9. parabia.
 10. apud Aethiopes. 11. Zanna, cana. 12. apud Tartaros.
 13. buza, bracha. 14. Abaij, potus apud Brasilianos. 15.
 potus ex Maiz apud Americanos. 16. ex panico. 17. ex ory-
 za cum aromatibus coctus. 18. acua, aracle. 19. potus ex o-
 ryza, vi ignis destillatus.

AD potus, quos ex frumento fieri diximus, alii etiam per-
 tinent ex frumentaceis parati, ut avena, milio, panico,
 oryza. Hæc enim omnia Latinis frumentacea dicuntur:
 Theophrasto lib. I I x. de Hist. plant. & qui illum se. 2
 quuntur, Græcis cæteris, σιτώδη & σιτπὰ dicta. Atque ho. 3
 rum potuum alii certum nomen invenere, ut illi, de qui-
 bus hæcenus egimus, omnes: alii partim sine, partim cum
 nomine nobis innotuere. Et ex avena quidem, sive βρόμω, 4-

l. 3;

jam

jam olim potum fieri consuevisse, scimus ex epigrammate
 Juliani Imp. Græco, quod ex intervallo integram dabimus,
 in quo Bacchum *πυρογενῆ*, sive ex frumento aut tritico geni-
 5 tum confectumque, non amplius *Bromium* ait appellan-
 dum, quod celebre & peculiare ejus erat cognomen, sed à
βρόμος sive avena, *Bromum*. Auctor Geoponicôn lib. VII.
 6 idem notat: quemadmodum & apud Flandros *potum ave-*
naceum confici solitum testis est Guil. Brito, Philippidos
 7 lib. II, Hodie idem fieri apud Lithuanos, Moscos, Sarmat-
 ras, scribit Matth. Micchovius Sarmat. lib. II. cap. III, & An-
 ton. Sneebergerus in Amethysto. Addit Micchovius cap.
 IV, & repetit Hier. Cardanus lib. II. de Subtil. Moscos *ex*
avena sublimatum facere, vehementer inebrians, quo in
 8 frigidis anni constitutionibus utantur. Ex *milio*, seu *δο-*
 8 *τὸ κέχυρον*, potum confici, Hecataeus pridem in Europæ
 9 *ἡξιόδο* memoriæ prodidit, eumque *parabiam* vocat apud
 Athenæum lib. X. De ea jam ante quædam notavimus. E-
 10 jusdem modi ex *milio* potus apud Æthiopes, meminit Au-
 ctor Geopon. loco adducto, & Strabo lib. XVII. his verbis:
ζῶσι ἢ δὸν κέχυρον καὶ κριθῆς, ἀφ' ὧν καὶ ποτὸν ποιοῦσιν αὐ-
τοῖς. Πιεῖται αὐτὸν αὐτὸν ἐκ μιλίου ἔσθ' ἠὲ καὶ ὀρέου, ἀπὸ
ἧς ἐξ αὐτῶν ἐστὶν ποτὸν
 11 *ἑαυτοῖς. De Pannoniis. idem affirmat, ni fallor, Di-*
odoros: τὰς κριθῆς, καὶ τὸς κέχυρος ἐπιπίσσω ὁμοίως καὶ πι-
νῶσι. Hordeum ac milium edunt iuxta ac bibunt. Et ab Æthi-
 opibus Troglodytis illum ex hordeo *zauna* vocari, alte-
 rum ex milio *cana*, refert Scaliger pater Exercit. LXXXVII.
 12 Utuntur potu ex milio etiam hodie Tartari, ut ait Miccho-
 vius loco dicto, cap. VI, & Sneebergerus: miliaremque i-
 13 stam cervisiam à Tartaris ajunt *Buzam* vocari, à Ruthenis
bracha. Brasiliani quoque potum ex eo sibi coquunt, *abat-*
 14 *ji* dictum, Lusitanis *vinum de milho*; ex milio nempe *grane-*
di, seu *Turcico*, quod quidam etiam *Maiç* dicunt, refe-
 rente

rente Georg. Marcgravio *Res. natur. Brasil.* lib. 11 x. cap. 15
vii. De eodem *Maiz*, & ex eo potus confectione, ita scri-
bit Hier. Benzo *Hist. Novi Orb.* lib. 1. cap. xxvii. *Femina*
Indorum Occidentalium frugis eius, quam *Maiz* vocant, quan-
tum visum, pro modo vini quod facere instituerunt, capiunt.
Id ubi trivere & pinsuere, in ampla quadam vasa aqua plena
demergunt: tum illa, quæ potus faciendi curam habent, grana
aliquot deponunt, & in ollam infusa aliquantulum macerant,
atq; emolliunt: mox aliis feminis, quibus id muneris commis-
sum est, tradunt. Illa ea grana in os accepta, paulatim con-
ficiunt comminuuntq; deinde vi quadam, & veluti tubiando
excussa, folio ad id comparato, aut forte scutella excipiunt:
tum in amplum vas coniecta humori reliquo admiscunt, nem-
pe quod sine hoc velut fermento nulla illi potui vis insit, & tres
quatuorve horas subfervescunt. Postremo inde sublatum
liquorem, postquam deservit refrigitq;, linteolo colatum in
vasa infundunt. Inebriat non minus quam verum vinum.
Hæc Benzo. Vide de hoc potu etiam Jo. Lerium *Hist. Na-*
vigat. in *Brasil.* ubi ab incolis eum ait vocari *Caou-in*: &
haberi rubrum & album. Potum eundem in insula *Mocha*,
quæ est è regione *Chili*, *Americæ meridionalis* parte, ita
confici refert Auctor ἀνάμυϑ de *Mirabilibus locorum Au-*
stralium lib. 11. *Anus*, inquit, edentula *Maiz* suum gingi-
vis comminuunt, & in aquam expuunt, ubi à salivatione fer-
mentari incipit, & tum in cupas infunditur, & cica nomi-
natur. Quo anus sunt magis vetula, eo potus melior habetur.
Hoc ad ebrietatem se invitant: saporis autem est boni & aci-
diusculi. Potum porro ἐξ ἐλύμυϑ, sive *panico*, nominat mo- 16
do dictus *Geoponicôn* auctor. Potum ex *oryza*, quam bar- 17
bare *risum* appellant, inculcat *Strabo* lib. xv. ex *Mega-*
sthene, & *vini* nomine dignatur. Loquitur autem de *In-*
dis, & refert eos οἶνον δ' ἰνείην, ἀλλ' ἐν ἰουσίαις μόνον πίνειν δ'
'αῶ'

ἀπὸ ὀρύζης ἀπὸ κριθῶν συντιθέντες, vinum non bibere nisi in
 sacrificiis, idē ex oryza loco hordei confectum. Meminit e-
 jusdem potus Rhases lib. III. ad Almanf. cap IX. Fit etiam
 hodie ex oryza hic potus in Magni Chami regione Cathai
 in provincia Cangigu, Quinsai, insula Zanzibar, & pro-
 vincia Aden. Hunc suo sapore etiam vini suavitatem ex-
 cedere, ac citius inebriare, scribit M. Paullus Venetus lib.
 II. Region. Orient. cap. xxv. xli. xlv. & lxxv. lib. III. cap.
 xli. & xlv. Tartari Dagesthani Persiæ confines potum ex
 oryza coquunt feculentum, quem *bragga* vocant teste A-
 damo Olcario Itin. Persiæ part. III. In Peru potum ex ory-
 za, referente Jo Bodæo comm. ad Theophrast. Hist. plant.
 18 lib. IV. cap. v. *acuam* vocant; in Japonia, factum ex ea v.
 19 num Javenſes nuncupant *aracle*. In insula Palaoam & in
 Pegu potum haberi ex oryza vi ignis destillatum, longe va-
 lidiore vapore, quam quod ex palma fit vinum, quodque
 cum aqua vitæ dicta certet, testantur Scaliger & Bodæus
 locis jam laudatis.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SUMMARIA.

1. Potus ex arborum & fruticum fructibus.
2. ex pomis.
3. pomatium, pomata.
4. Glossæ Isidori explicata.
5. mollis, pro leni.
6. hydromelum.
7. poma Matiana.
8. σκωασία ὑδρομήλις.
9. μηλίτης ἐνϙ.
10. vinum cydonium.
11. ἐνϙ μηλίτης, καὶ ἐξοχίν.
12. modus parandi.
13. vinum mali punici.
14. ἐκ ἐϙίν.
15. cydre.
16. potus ex pyr-
ris, pyratta.
17. vinum apittes.
18. sidra.
19. du pere.
20. Apfelmost / Birnmost.
21. potus ex myrti baccis.
22. vinum palmeum.
23. ex loti arboris fructu.
24. ea de re
dubitatio ex Strabone.
25. qua diluitur.
26. vinum ex me-
spilis, siliquis, sorbis, cornis, moris, pineis.
27. ex ficibus.
28. tamarindis.
29. fructibus Brasilianis.
30. ex aromatibus.

Præter